

85-
19. 7. 5.
4039
DISPUTATIO JURIDICA
DE
PERMUTATIONE,

QUAM
DIVINI NUMINIS AUXILIO
ET
AUCTORITATE AC DECRETO
AMPLISSIMI FACTORUM ORDINIS

PRO
LICENTIA,

Summum in Utroque Jure Gra-
dum ejusque Honores consequendi

Publico Examini subjicit

BARTHOLOMÆUS LEONHAR-
DUS Svendendörffer, Lipsiensis.

IN AUDITORIO JURIDICO.

Diss. jur. civ.

Ad diem 27. Septembr. Anno 1655.

598,16
Lipsiæ, Literis Friderici Lanckisii imprimebat
CHRISTOPHORUS CELLARIUS.

DEPARTMENT OF THE HISTORY OF ARTS

P E R M I T T A

TION

DIVINE NUMBERS AND LETTERS

ALPHABETICAL NUMBERS AND LETTERS

L I C E N T I A

Summarium in Herodotus

Summarium in Herodotus

Summarium in Herodotus

B A R T H O L O M A E U S L E O N H A R

DITZ Sacerdos

IN THEATRO DE RE MEDIC

Ad hunc

in the history of medicine

Decorative border with repeating floral and geometric patterns.

In Nomine Jesu!

PRÆFATIO.



Um vetustatis ea sit vis, ut rei cuidam conciliare valeat prævalentiam. *arg. N. 23. c. 3. c. anteriorum. 2. q. 6. Cic. de Amicit. p. m. 153. 154. Propert. l. 3. eleg. 1. Connan. l. 1. comm. Jur. Civ. c. 9. n. 3. Bod. de Rep. l. 4. c. 3. p. m. 665. Besold. l. 2. Pol. c. 1. n. 33. vers. 1. Monarchiam n. anteponebat illa cæteris Rerum pub. formis. Arist. l. 1. Pol.*

2. Just. l. 1. hist. Lips. 2. Pol. 2. num. 4. Tholos. de Rep. l. 5. c. 3. Ponderis illa plurimum habet in nummis, valet in libris, placet in unguentis, suavius existit in vinis. Cic. d. l. Jun. tom. 1. c. 15. orat. 2. p. m. 381. Dubium ideo non est, quin præ reliquis contractuum speciebus obtineat prælationem Permutatio, Tiraquell. de retr. ligna q. 3. §. 30. gloss. 1. num. 16. & 25. quæ prima est & antiquissima conventio. §. 2. Inst. de emt. vend. Arist. 1. Pol. 6. & ibi Cæsus. Plin. l. 33. c. 1. in pr. Comm. l. 7. comm. 7. C. c. 5. num. 1. Scacc tr. de commerc. §. 1. q. 4. num. 2. & q. 6. num. 2. Grot. de j. b. & p. l. 2. c. 12. num. 3. adeo ut ex ea origo emendi vendendiq; ceperit. l. 1. pr. ff. de contr. emt. Arist. d. l. & 5. Eth. 5. iliq; Casus. Harpr. adpr. Inst. de emt. vend. num. 4. & 5. Tr. V. 1. D. 28. §. 1. l. D. & ibi Bachov. Hinc gentibus Justin. lib. 3. histor. & præprijis Germanis usitatissima. Corn. Tacit. de mor. Germ. c. 2. p.

m. 633. *Myns. ad pr. Inst. de emt. vend. num. 3.* Nec nostris temporibus (utpote contractus, quo rerum societas amicitiaq; secundum Plutarchum, conciliatur, nec sine eo potest esse societas Arist. d. l.) planè antiquata. Operæ ergo pretium erit paulisper in substantiam Permutationis ac effectus inquirere, ejusq; ab aliis contractuum generibus differentiam notificare. Sit itaq; Bono cum Deo

THESIS. I.

Permutationis nomen sumitur generaliter & specialiter.

Exθ. I. Cum è re sit, priusquam ad rei cujusdam descriptionem vel interpretationem perveniatur, quædam de vocabuli significatione referre. *l. 1. ff. de rebus cred.* utpote quo sæpenu-mero provehimur in rei perceptionem. *l. 7. §. 2. ff. de Supell. leg. Scal. exerc. 1. c. 1. Gædd. ad rubr. de V. S. in pr. Everhard. in Top. loco 4.* nolui vocis Permut: ambiguitatem intactam relin- quere.

Exθ. II. Sumitur ergo illa vel *generaliter* vel *specialiter*: Il- lo modo denotat. 1. omnem quocunq; modo factam *mutatio- nem ac vicissitudinem*. *Constit. Omnem §. fin. De ratione & meth. jur. doc. Constit. Cordi. §. 2. de emendat. Cod. l. pen. ff. de senat. l. 60. §. 3. ff. locat. l. 6. §. 1. ff. de auro leg. l. 22. §. 1. ff. ad Mun- cip. l. 123. ff. de R. J. & ibi Godofr. in comment. l. 7. §. 1. l. 8. C. de ad voc. divers. judicior. l. 30. §. 1. C. de Inofficios. testam. Cic. in parad. in f. & in orat. pro Sest. Quint. l. 1. c. 1.* sicuti verò permutatio tanquam cõ- positum usurpatur pro mutatione tanquã simplici; ita è diverso mutatio ponitur pro permutatione. *Sallustius in Jugurtha. Plaut. in Captiv. in Prolog. Virgil. Eclog. 4. & lib. 3. Georg. 2.* rei pro re ali- qua substitutionem. *l. 25. 26. ff. de jur. dot. l. 21. de pact. dot. l. 51. ff. de leg. 1. l. 64. de leg. 3.* 3. Nomine permutationis venit om- nis actus, quo *ultra citroq;* quid accipitur, sive id fiat *voluntariè* sive *non voluntariè*. Hinc aliæ permutationes *voluntaria,* aliæ

alia non voluntaria. Arist. 5. Eth. 2. Voluntariae sunt: Divisio inter heredes instituta. l. 20 §. 3. ff. fam. ercis. l. 77. §. 10. ff. de leg. 2. gloss. in l. 2. C. Communia utriusq. Wes. in parat. ff. b. t. n. 10. & p. 3. Consil. 115. n. 25. Godofr. ad l. 14. C. fam. ercisc. Don. ad l. 2. C. de resc. Vend. num. 60. obligatio antidotalis. l. 25. §. 11. ff. de hered. petit. & omnes fere contractus tam nominati quam innominati. §. 2. Inst. de emt. vendit. l. 1. ff. eod. l. 5. §. 1. ff. de prescr. verb. l. 34. pr. ff. de auro leg. Arist. 1. Pol. 6. 5. Eth. 5. Job. Nider. de contract. mercat. c. 3. num. 1. Cujac. in parat. ff. & C. b. t. Vult. Jurisp. Rom. l. 1. c. 41. Pingitz. Quaest. Sax. 27. n. 5. Grot. de j. b. & p. l. 2. c. 12. num. 2. Dn. Frantz. in comm. ad tit. ff. de pact. n. 14. & tit. de Prescr. verb. num. 20. Dicuntur autem ideo voluntariae, quia in iis adest ex utraque parte tam conferentis, quam recipientis voluntas. Dn. Hahn. in not. ad Wes. de priv. delict. num. 3. Non-voluntariae permutationes dicuntur delicta. Arist. d. l. ubi eas iterum subdividit in clandestinas & violentas. Giphon. ad l. 5. ff. de O. & ff. num. 4. Dn. Hahn. d. l. & ad tit. de J. & J. n. 11. p. m. 19.

Exθ. III. Specialiter vocab. Permutat. significat tale negotium, quo res certa cum alia certa commutatur. Siehard. ad rubr. C. b. t. n. 4. In qua significatione pro synonymo agnoscit commutationem. N. 7. c. 1. N. 54. c. 2. cap. 2. §. 6. de rer. permut. item cambium. l. f. 4. §. 2. 22. §. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 30. gloss. 1. n. 1. Scacc. in tr. de camb. §. 1. q. 4. num. 1. & ita describitur:

THESIS II.

Permutatio est contractus innominatus bonae fidei, quo certa species datur, ut alia vicissim ejusdem generis detur.

Exθ. I. Hæc Definitio fundatur in l. 1. ff. b. t. & l. 5. C. eod. & propè iisdem traditur à Bart. in d. l. 1. n. 2. Wes. in parat. b. t.

2. 10 Vult. in J. R. l. 1. c. 41. Tr. V. 1. D. 30. 6. 4. Constat verò genere & differentiâ.

Ex^h. 2. Genus est contractus innominatus b. f. Permutationem esse contractum textus ex utroq; jure sunt apertissimi. § 2. Inst. de emt. vendit. l. 17. C. de fide instrum. l. 3. 4. C. b. t. c. 6. eod. c. 6. de Exception. Adeoq; falsus est Anton. Fab. l. 6. conj. c. 9. & Bach. ad Tr. V. 1. D. 30. 6. 4. l. a. & ad Wes. b. t. n. 1. qui permutationem contractum esse negant, sed ille eam asserit causam contractûs, hic rerum translationem & modum acquirendi Dominium, quod tamen cum contractu optimè potest concurrere, prout eleganter declaravit Dn. Hahn. ad Wes. de O. & A. num. 8.

Ex^h. 3. Cum verò contractus sint vel nominati, vel innominati. l. 7. §. 1. ff. de pact. in numerum innominatorum permutatio refertur. d. l. 7. §. 2. ff. de pact. & ibi gloss. l. 1. §. 2. ff. b. t. Schn. ad §. 2. Inst. de emt. vend. num. 4. Bald. ad l. 7. ff. de pact. num. 7. & rubr. C. b. t. n. 2. Tholos. in syntagm. Jur. univ. l. 28. c. 1. n. 3. Cardin. Tusch. tom. 6. Pr. conclus. jur. lit. P. concl. 302. n. 1. nec immeritò; quia nomen Permutationis non solum convenit omnibus contractibus ubi utrinq; aliquid præstatur, supr. 6. 1. verùm etiam ea consistit in nomine conventiouis, i. e. datione, quæ non determinata est, ad certam aliquam & specificam contrahendi formam. Wes. b. t. num. 1. Gædd. de contrab. Stip. c. 1. n. 49. & seqq. Don. l. 12. comm. 10. & ibi Hillig. in not. lit. a. Dn. Hahn. ad tit. de pact. num. 2. & de Præscr. verb. num. 1. Præterea ex contractu Permutationis non oritur actio sui nominis, sed Præscriptis verbis. l. 4. C. b. t. §. 28. Inst. de act. quæ nota est contractuum innominatorum, l. 1. 2. 3. ff. de Præscript. verb. Dn. Richt. tr. de contract. D. 1. 6. 2. l. b. Est autem Permutatio contractus innominatus irregularis & quasi anomalus, prout ita statuit & explicat Dn. Frantz. in comm. ad Dig. tit. de estim. n. 2. & tit. seq. num. 1.

Ex^h. 4. Porro Permutatio est contractus innominatus bonæ fidei. l. 2. C. b. t. §. 28. Inst. de act. c. 6. de exception. In quo differt

differt à contractu Do ut des aliisq; contractibus innominatis regularibus. *Ant. Fab. l. 6. conj. c. 9.* Frustra autem ac superflue ulterius adjiciuntur Definitioni à *Vultejo J. R. l. 1. c. 41.* quem sequitur *Tr. V. 1. D. 30. §. 4.* verba hæc: *Re & consensu constans*: quia consensus continetur sub verbo contractus. *l. 1. ff. de pact.* & rei interventio sub verbo innominatus. *l. 7. §. 2. ff. de pact.* ac proinde non sine causa uterq; à *Bachovio ad Tr. d. l.* fuit notatus: Et hæc de explicatione generis.

Ex. 5. Reliquis Definitionis verbis continetur Differentia specifica, quæ desumitur ab *Objecto & Forma.* *Objectum* permutationis *materiale* sunt species seu individua, ita namq; utuntur vocab: *speciei* *l. 54. pr. ff. de V. O. & ibi Godofr. Zes. in comm. Dig. tit. de reb. cred. num. 7.* *Formale* verò *objectum* sunt species ejusdem generis. i. e. individua sub unâ specie specialissimâ contenta. v. q. *eqvus & eqvus. Vaud. l. 1. var. quest. q. 25. Rutger. Rul. tract. de commiss. p. 3. lib. 4. c. 14 num. 19. 23. Vult. J. R. l. 1. c. 41. Tr. V. 1. D. 30. §. 5. Bach. ad Wes. h. t. num. 10. Christin. vol. 3. decis. 107. num. 2.* Et in hoc consistit vera Differentia Permutat: à contractu Do ut des, quo diversi generis res commutantur. *l. ult. ff. de condict. caus. dat. l. 5. §. 1 ff. de Præscr. verb. Bart. ad l. 1. ff. h. t. Wes. in parat ff. h. t. n. 10. Jason. ad l. 2. ff. de rebus cred. n. 8. & in l. 1. h. t. n. 10. Myns. ad §. 28. Inst. de act. n. 105. & seq. Lang. tr. de pact. c. 2. num. 46. Vallens. in parat. Jur. Can. h. t. n. 1. Schott. in exam. Jurid. h. t. q. 1.* ad quam differentiam stabiliendam non levem rationem præbet, quòd hi duo contractus sub diversis titulis in Dig. positi reperiantur. *Jac. Godofr. in man. jur. p. 4. pag. m. 81.*

Ex. 6. Circa hoc *Objectum* præterea not: i. *Necesse* non esse, ut illæ species permutandæ in omnibus accidentibus præcisè conveniant: vel ut ita dentur, ac si à nulla parte admittant alterius rei accessionem. *arg. l. 6 C. de pact. inter emt. l. 79. ff. de contrab. emt. l. 6. §. 1 ff. de act. emti. c. 6. & ibi gloss. h. t. Bald. ad l. 9. C. h. t. n. 1. Guido Papa. decis. Grat. q. 92. n. 1. Tiraq. de re tract. lignai. §. 30. glos. 1. n. 2. Strach. de mercat. part. 1. n. 57.*

Con-

Connan. l. 7. comm. 7. C. c. 5. n. 3. Ant. Fab. in Cod. b. t. def. 1. Tr. d. D. 30. §. 5. & ibi Bach. Rutg. Rut. de commiss. p. 3. l. 4. c. 14. n. 20. Perez in Cod. b. t. n. 6. 2. Non immutari naturam permutationis, si ex post facto alia res, quam de qua convenit offeratur: exemplo emtionis (cui vicina est permutatio, l. 2. ff. b. t. l. 2. C. eod.) l. 7. C. b. t. l. 9. C. de Resc. vendit. & ibi gloss. quia in contractibus initium est spectandum, l. 12. ff. ad Sc. Maced. l. 1. §. 13. 30. ff. Depositi. l. 8. pr. ff. mandati. l. 58. §. 2. ff. pro socio. Goedd. ad l. 187. num. 3. de V. S. Hill. ad Don. l. 13. c. 1. l. K.

Ex 6. Forma permutationis consistit in rei permutandæ traditione. l. 1. §. 2. ff. b. t. l. 4. 5. C. eod. eaq; vel vera vel ficta. §. 44. & 45. Inst. de R. D. l. 9. §. 5. ff. de Acq. R. D. qua non inveniente non est permutatio. Don. ad l. 17. C. de fid. instrum. num. 3. Meier in Colleg. Argent. l. 19. tit. 4. num. 3. sed nudum pactum de permutando, quod nullam producit actionem. l. 3. C. b. t. l. 7. §. 4. ff. de pact. & ibi gloss. l. 5. c. de contrah. stip. Bacch. ad Wes. b. t. num. 10. nisi adjecta sit stipulatio. d. l. 3. & 4. C. b. t. l. 27. C. de pact. Card. Tusch. tom. 6. pract. conclus. jur. l. P. concl. 302. num. 5. Quæ tamen sine ratione à Wes. b. t. num. 10. & Maul. tr. de permut. c. 6. ad formam permutationis refertur. Quod rectè admonet Bach. d. l. & Dn. Hahn ibid. Cæterum de hujus contractus ab emtione cum qua multum aliàs convenit, l. fin. ff. Quibus ex caus. in poss. eatur. l. 4. §. 31. ff. de dol. mal. except. Bus. comm. in digest. b. t. num. 1. & 3. Pingitz. quest. Sax. 36. n. 17. differentiis potest videri. l. 1. ff. b. t. & ibi Godofr. nec non Jason. ad d. l. 1. num. 1. & seq. Dn. Frantz. ad d. t. num. 2. & seqq. Et hæc de Definitione.

THESES III.

Permutatio alia fit scriptis, alia sine scriptis.

Ex 1. Sicuti emtio venditio conficitur vel scripturâ, vel sine ea, pr. Inst. de emt. vendit. l. 2. §. 1. ff. eod. simili modo permuta-

mutatio vel *in scriptis* fieri potest, vel *sine scriptis*. l. 17. C. de fide Instrum. Quam divisionem non à forma essentiali ac naturali, sed accidentali & adventitia desumptam esse rectè notat Bachov. ad Wesen. de contr. emt, num. 4.

Exθ. II. Dicitur autem permutatio fieri sine scriptis, quando planè nulla intercedit scriptura, vel permutatio jam perfecta probationis ergò in scripturam redigitur. l. 4. ff. de fide instrum. l. 4. ff. de pignoribus Grot. de j. b. & p. l. 2. cap. 16. num. 30.

Exθ. III. In scriptis verò fieri dicitur, si ab initio ita fuerit conventum, ut permutatio non sit perfecta, priusquam ejus tenor in scripturam vel publicam vel privatam recipiatur. d. l. 17. C. de fide instrum. Harpr. ad pr. Inst. de emt. num. 81.

Exθ. IV. Dividi præterea potest permutatio in *puram* & *non puram*. Permutatio pura uti & non pura tripliciter dici potest: 1. Pura, ubi res simpliciter datur pro re, nec aliud præterea accedit: sicuti è contrario non pura, ubi rei permutandæ accedit pecunia. θ. præced. Exθ. 4. 2. Pura dicitur, quæ non habet pacta adjecta sive conventa: è diverso non pura, quæ pacta subsequuta, quæ permutationi tanquam b. f. contractui insunt, ejusque pariunt actionem l. 7. §. 5. ff. de pact. 3. Pura ea vocatur, quæ obligationem & actionem omninò non differt arg. §. 6. Inst. de V. O. l. 100. ff. eod. non pura, quæ differt vel obligationem, quod fit per conditionis adjectionem. §. 4. Inst. de V. O. l. 213. de V. S. & ibi Gædd. num. 3. vel tantum actionem quod fit per diei appositionem. §. 2. Inst. de V. O. l. 44. §. 1. ff. de O & A. & ibi Giph. num. 5. & seqq.

Exθ. V. Tandem exemplo emtionis, Hill. ad Don. 12. com. 10. l. e. Permutatio dividi potest in *Perfectam* & *Consummatam*. Perfectam dico eam, ubi ab una tantum contrahentium parte facta est traditio. arg. l. 1. §. 2. ff. b. t. l. 4 & 5. §. 1. ff. de Præser. verb. l. 139. §. 1. de V. S. Pingiz. Quæst. Sax. 42. num. 19. Consummatam, ubi ab utraque parte facta est traditio & ita omnibus suis partibus impleta. arg. l. 1. ff. de O. 7 Anton. Fab. l. 6. conj. c. 9. Gædd. ad l. 5. §. 1. ff. de V. S. num. 9. & seqq. Dn. Franz.

B

ad

ad b. tit. num. 6. & tit. seq. num. 26. Rejicitur ergo ea divisio Permutat. quæ dividitur in eam quæ fit nuda promissione, in eam, quæ fit stipulatione, & eam, quæ fit traditione. Tholos. in syntagm. Jur. Univ. l. 28. c. 1. num. 4. Cum duæ priores species ne quidem nomine permutationis veniant vid. θ. 2. εκθ. 6.

THESIS IV.

Causa efficiens Permutationis est vel Remota vel Proxima.

εκθ. I. Causa remota & primæva est Jus gentium, l. 5. ff. de J. & J. & ibi Godofr. § 2. Inst. de J. N. G. & C. l. 5. & 7. ff. de pact. l. 15. ff. de interdict. & relegat. Scacc. tr. de commerc. §. i. q. 6. num. 2. Maul. tr. de permut. cap. 2. num. 3. Dn. Hahn. ad Wesf. de J. & J. num. 14. Naturalis enim ratio hunc contractum usu exigente & humanis necessitatibus inter omnes homines constituit, ut ab iis receptus & unanimiter approbatus. l. 1. pr. ff. de contrab. emt. & ibi gloss Arist. lib. 5. Eth. 5. & 1 Pol. 6. Connan lib. 7. cap. 5. add. Harpr. ad pr. Inst. de emt. num. 9 11. Grot. lib. 2. cap. 12. num. 14.

εκθ. II. Causa propinqua est consensus utriusque contractentium: eoque deficiente permutatio est, nulla. l. 1. §. 2. ff. de pact. l. 31. 55. & ff. de O. & A.

Deficit autem consensus vel ratione permutationis: vel ratione personarum permutantium, vel ratione rerum permutandarum.

εκθ. III. Priori modo tripliciter: 1. Si ignorantia sive error interveniat. l. 57. ff. de O. & A. l. 20. ff. de Aq. & aq. plu. l. 8. & 9. C. de J. & fact. ignor. l. 3. C. de tabulariis, l. 10, sive circa personam, cum qua contrahitur. arg. l. 15. ff. de jurisd. l. 2. pr. ff. de judiciis. l. 9 pr. ff. de hered. instit. l. 4. C. eod. l. 2. §. 16 ff. pro emt. sive circa rem. arg. l. 9. pr. ff. de contrab. emt. l. 4 pr. ff. de Leg. 1. l.

1. l. 137. §. 1. ff. de V. O. Harpr. ad pr. Inst. de emt. num. 17. Bach :
ad Tr. V. 1. D. 28. §. 7. l. e. & accuratè Dn. Frantz, ad tit. de con-
trab. emt. num. 37. & seqq. 2. Si dolus causam dederit contra-
ctui permutationis arg. l. 16. §. 1. ff. de minor. l. 3 §. 3. ff. pro socio.
Bart. ad l. 7. ff. de dolo. num. 4. Schneidw. ad §. 28. Inst. de act.
num. 24. Hart. Pist. p. 2. q. 1. Card. Insch. tom. 6. pract. conclus.
jur. l. P. concl. 303. num. 4. Dn. Richter tr. de contract. D. 1. §. 7.
l. b. 3. Si eidem conditio impossibilis addatur. l. 31 ff. de O. &
A. l. 83. §. 5. de V. O. l. 31. 185. ff. de R. J. cap. 6. eod. in 6. Gædd.
ad l. 120. de V. S. num. 1. Vult. ad §. 12. Inst. de hered. inst. num. 7.
& ad §. ult. de oblig. num. 26. Giphon. ad d. l. 31. num. 1. & seq.

Exθ. IV. Altero modo deficit consensus ratione personarum
permutantium, earum nempe, quæ vel à natura vel à lege, contra-
here vel alienare prohibentur.

Exθ. V. Illius generis est. 1. *Infans*, id est, minor septem
annis. l. 18. C. de jure deliber. Lang. tr. de pact. cap. 7. num. 2. qui
nullo modo, ne quidem cum tutoris autoritate potest alienare
& consequenter permutare, arg. l. 1. §. 2. ff. de admin. tut. l. 37.
§. 1. l. 65. §. 3. ff. ad Sc. Trebell. idqve ob defectum intellectus.
§. 9. Inst. de inut. stipul. l. 9. ff. de Acquir. hered. Vult. J. R. l. 1. c. 27.
Tr. V. 1. D. 6. §. 1. a. 2. *Furiosus*, d. §. 8. Inst. de inut. stipulat. l.
5. §. 12. ff. de O. & A. l. 2. §. 3. ff. de jure codicill. l. 5. de R. J. quia
ejus nullus est consensus & voluntas. l. 40. ff. de R. J. l. 2. C. de con-
trab. emt. c. 24. de sponsal. mente & judicio caret. §. 11. Inst. Qui
testam. fac. poss. l. 12. §. 2. ff. de judiciis. l. 1. §. 6. ff. Ne vis fiat ei, qui
in poss. Intelligitur autem furiosus, quæ ralis, qui continuâ men-
tis alienatione omni intellectu caret. l. 14. ff. de off. Presid. hinc a-
liud statuendum de eo, qui dilucida furoris habet intervalla: is
enim intermissionis tempore quoslibet actus potest celebrare.
d. l. 2. C. de contrab. emt. l. 6. C. de curat. furios. Octav. Amorin.
ad rubr. ff. de pact. num. 75. 3. *Mente captus*. arg. §. 4. Inst. De
curat. l. 17. §. 11 ff. de injur. l. 2. ff. de inoff. test. l. 8. §. 1. ff. de tut.
& curat. dat. c. un. de cleric. egrot. in 6. & ibi gloss. Meeir. in
Colleg. Argentor. l. 2. tit. 14. num. 30. Ben. Strach. tr. de mercat.

p. 3. num. 21. 22. 4. Mutus surdus, qui nihil intelligere potest. l. 65. §. 3. ff. ad Sc. Treb. l. 8. §. 2. ff. de opt. leg. l. 10. C. Qui testam. fac. poss. l. 93. §. 1. ff. de Acq. hered. l. 48. ff. de O. & A. l. 124. de R. J. Maul. d. tr. tit. 4. num. 9. 5. Ebrius, quid enim dicat aut faciat prorsus ignorat c. sanè 15. q. 1. planeq; similis faurioso. c. 5. dist. 35. c. 14. de vita & honest. cleric. Lang. tr. de pact. c. 7. num. 40. Geil. 2. obs. 110. num. 24. His additur Iracundus arg. l. 48. de R. J. & ibi Godofr. item senex, arg. l. 2. ff. de curat. furios. Gregor. Tholos. in Syntagm. jur. un. l. 15. c. 28. num. 26.

Ex 6. Posterioris generis est 1. Prodigus seu minor seu major §. 3. Inst. de curat. l. 1. C. de cur. furios. l. 12. §. 2. inf. ff. de tut. & curat. dat. l. 10. pr. ff. de cur. fur. l. 6. ff. de V. O. l. 40. de R. J. Prodigus verò non est, nisi cui bonorum administratio causa cognitã à magistratu sit interdicta. §. 2. Inst. Quibus non est perm. test. l. 1. pr. l. 6. l. 16. §. 1. ff. de curat. furios. Gædd. de contrah. stip. c. 7. num. 141. & seq. Bach. ad Tr. V. 1. D. 6. §. 5. l. D. 2. Impubes (i. e. infante major. Meier. in Coll. Argent. l. 2. tit. 14. n. 31.) sine tutoris autoritate, §. 2. Instit. Quib. al. non lic. & ibi Schneidw. num. 1. l. 17. §. 1. ff. de Jurej. l. 9. pr. §. 1. & 2. tut. de aut. ff. l. 11. ff. de A. R. D. l. 43. ff. de O. & A. l. 15. ff. de solut. nisi conditionem suam faciat meliorem. pr. Instit. de aut. tut. l. 28. pr. ff. de pact. l. 16. pr. ff. de min. l. 5. §. 1. de aut. tut. vel dolus ejus interveniat. l. 13. §. 1. ff. de dolo malo. c. 8. de rerum permut. Dn. Ullg. Exerc. Justin. 10. q. 3. 3. Minor habens curatorem. pr. Inst. de curat. l. 1. pr. & §. 3. ff. de minor. l. 3. C. de in integr. rest. min. l. 13. §. 2. C. de sentent. pass. restit. Gloss. in §. 2. Instit. Quibus alien. lic. & ad d. l. 3. de in integr. restituit. Myns. 3. Obs. 5. Wes. de pact. n. 5. & ibi Dn. Hahn. 4. Filius familias. l. 7. C. de rebus cred. l. 3. C. de patr. potest. l. ult. §. 4. inf. C. de bonis quæ lib. Schn. ad §. 2. Instit. Quib. al. lic. n. 11. nisi habeat liberam administrationem. l. 19. ff. de pign. act. vel peculium castrense. l. 10. ff. de castr. pec. l. 2. 3. C. eod. l. 12. in quo vice patrisfam. fungitur. l. 2. ff. ad. Sc. Maced. vel adventitium plenum, cujus ususfructus Patri non acquiritur. l. 7. C. de bonis, quæ lib. N. 117. c. 1. §. 1.

Quæ

Quæ Nov (ut obiter hoc addam) tantum intelligenda est de
 dispositione inter vivos, quod latè deduxit Bach. ad Tr. V. 2. D. 10.
 θ. 2. l. c. & novissimè Dn. Richt. in Jnterpr. l. 11. C. Qui test. fac.
 poss. num. 26. & seqq. 5. Servus, l. 63. ff. de Procurat. l. 1. §. 1. ff.
 Quæ respign. oblig. nisi habeat liberam peculii administrati-
 onem. l. 18. §. f. ff. de pign. act. l. 10. C. Quod cum eo, qui in al.
 pot. vel jussu Domini faciat. l. 1. pr. & §. 1. ff. Quod juss. l. ult.
 C. d. t. vel Dominus ratificet. d. l. 1. §. 6. ff. Quod jussu. l. 5. §.
 2. ff. De in rem vers. Bach. tr. de act. D. 8. θ. 12. 6. Monachus.
 N. 5. c. 5. c. non dicatis. 12. q. 1. c. abbates. 18. q. 2. c. 7. de off.
 jud. ordin. c. 5. de regularibus. c. 2. & 6. De statu Monach. Ben.
 Strach. tr. de adjecto part 3. num. 41. & 45. Schneid. ad §. 5. Inst.
 de Interdict. num. 140. Rittersh. in expos. Nov. p. 1. c. 6. num. 51.
 Card. Tusch. tom. 6. pr. conclus. jur. l. M. concl. 317. & seqq.
 Vall. in parat. Jur. Can. l. 3. tit. 35. num. 3. & 4. 7. Debitor
 fraudans creditores, l. 1. ff. Quæ in fr. cred. l. 1. C. eod. l. 25. C. de
 pact. Wes. in parat. D. d. t. num. 6. Myns. ad §. 6. Inst. de act. num.
 26. 8. Procurator. l. 63. ff. de Procurat. l. 16. C. eod. l. 1. pr. ff.
 de off. Procur. Rot. Gen. decis. 9. num. 7. Meier. Coll. Arg. l. 3. tit.
 3. num. 41. nisi ei libera rerum administratio sit commissa. l.
 58. ff. de Procur. & ibi gloss. l. 60. §. 4. ff. mandati. c. 5. de Procur.
 in 6. Sich. ad d. l. 16. C. de Proc. Giph. ad d. l. 58. num. 2. & l. 63. n.
 1. 9. Criminis reus: Uti Apostata. arg. l. 3. & 4. C. de Apostat.
 Manicheus. l. 4. pr. & §. 3. C. de heretic. Reus criminis repe-
 tendarum. l. 20. ff. de accusat. & lese Majestatis. d. l. 20. l. 5. §.
 4. l. 6. §. 1. l. ult. pr. C. ad l. Jul. Majest. Geil. de P. P. l. 1. c. 19. num.
 13. Harpr. ad §. 3. Inst. de publ. judic. num. 51. Dn. Carpz. Pr. Crim.
 p. 1. q. 41. num. 98. & seqq.

Ex θ. 7. Tertio deficit consensus ratione objecti, seu rei per-
 mutandæ, ejus sc. quæ vel naturâ vel jure est extra commerci-
 um. l. 34. §. 1. ff. de contrab. emt. Gædd. ad l. 5. ff. de V. S.
 num. 10.

Exd. 8. Prioris generis est res in rerum natura non existens nec actu nec potentia. S. 1. Inst. de inut. stip. l. 8. pr. ff. de contrab. emt. item res propria. arg. S. 15. Inst. de act. l. 16. ff. de contr. emt. l. 14. S. 2. ff. de except. Rei judic. l. 45. § 159. de R. J. Zoes. ad tit. de contr. emt. num. 18.

EnA. 9. Altero modo Jure sc. res est extra commercium vel simpliciter, vel secundum quid. Priori modo: 1. Homo liber. l. 34. S. 2. ff. de contr. emt. l. 1. § 9. ff. de O. & A. l. 103. ff. de V. O. l. 182. de R. J. Giph. ad d. l. 103. num. 1. & 2. 2. Res divini juris. ut sacra S. 8. Inst. de R. D. l. 21. C. de S. S. Eccl. N. 46. pr. item religiosa. l. 12. S. 5. ff. de Religos. l. 2. § 9. C. eod. nisi per consequentiam, si fundus permutatur, cui res sacra accedit. l. 62. ff. de A. R. D. Rutg. Rul. de commiss. p. 3. l. 4. c. 7. num. 58. Aliud vero obtinet in rebus Ecclesiasticis, quæ Deo consecratæ non sunt, nec immediatè ad cultum divinum adhibentur: hæ enim utilitate svadente & certarum solennitatum interventu uti alio modo possunt alienari, ita etiam permutari. l. 17. S. 1. C. de S. S. Eccl. N. 7. c. 2. N. 54. c. 2. N. 55. c. 1. N. 67. c. 4. N. 119. c. 10. c. hoc jus. 10. q. 2. c. sine except. 12. q. 2. c. 1. § 8. de his, quæ fiunt à Præl. c. 1. § 5. de reb. Eccl. ab. c. 1. 2. de rer. Permut. Gvid. Pap. Decis. grat. q. 156. § seqq. q. 594. Duar. de sacr. Eccles. min. ac benef. l. 7. c. 9. Damhonder. de subbstat. c. 1. num. 21. § seq. Rittersb. in expos. Nov. p. 1. c. 8. num. 39. § seq. Gudel. de Jure Nov. l. 6. c. 13. 14. 3. Res communes & publicæ. S. 5. Inst. de R. D. l. 24. l. 51. ff. de contrab. emt. 4. Res Universitatis, cujus usus est singulorum l. 6. pr. ff. de contr. emt. secus se res habet in ea, quæ est in pecunia populi, arg. l. ult. C. de vendend. reb. civit. lib. 11. Gædd. ad l. 17. ff. de V. S. num. 5. Hæc de iis, quæ simpliciter & absolutè extra commercium & permutationem sunt: sequitur de iis, quæ certo tantum respectu commercio exuuntur Quod fit. vel à lege vel ab homine. l. ult. C. de reb. alien. non alien.

Exd.

58

Exd. 10. A lege. 1. Res litigiosa. l. 13. ff. famil. ercisc. l. 2. &
 4. pr. C. de litigios. & ibi Bart. c. quia res. 11. q. 1. c. 3. Ut licet pend.
 Ditar. ad Tit. ff. de Litigios. Meier in Coll. Arg. l. 44. tit. 6. num. 5.
 nisi res æqui valens substituatur. c. 4. d. t. vel fiat cum consen-
 su advefarii, arg. l. 1. C. communi divid. l. 2. C. comm. utrius-
 q. Hartm. Pist. 1. q. 40 num. 14. 2. Res furtiva. l. 34. §. 3. ff. de
 contr. emt. l. 23. C. de Reivindic. l. 2. & 6. C. de furt. Sich. ad. d.
 l. 2. num. 1. & seqq. 3. Prædium dotale pr. Inst. Quib. al. lic. l. 4.
 ff. de fundo dot. l. un. §. 15. C. de Rei ux. act. c. 10. & ibi glos. de
 consuetud. sive æstimatum sive inæstimatum marito da-
 tum fuerit. l. 1. C. de fundo dot. l. 21. C. de jur. dot. l. 50. ff.
 solut. matr. Zang. tr. de except. p. 3. c. 9. num. 27. sive interce-
 dat consensus mulieris sive non. d. pr. Inst. Quib. al. lic. & d. l. un.
 §. 15. C. de Rei Ux. act. Petr. Vander. de Privil. cred. cap. 4. ni-
 si consensus post biennium repetatur. N. 61. c. 1 §. 3. vel adhibe-
 atur jusjurandum. c. 28. de jurejur. c. 2. eod. in 6. Myns. 3. obs. 10.
 num. 5. Paul. Christin. vol. 3. decis. 80. num. 5. Idem obtinet
 in donatione propter nuptias Auth. sive à me. C. ad Sc. Vellej. N.
 6. c. 1. Ritt. in expos. Nov. p. 5. c. 9. num. 7. & seqq. Aliud est in pa-
 raphernalibus. l. 8. C. de pact. convent. l. 17. C. de donat. inter
 vir. & ux. Geil. 2. Obs. 78. num. 6. Schultz. p. 1. Decis. 18. num. 1.
 Pingitz. Quest. Sax. 27. num. 25. 4. Res eorum, qui sub tutela
 vel cura sunt. l. 3. §. 13. ff. de susp. tut. l. 1. pr. l. 7. §. 5. ff. de reb. eo-
 rum, qui sub. tut. l. 12. ff. de curat. furiosi. nisi intercedat judi-
 cis decretum. l. 22. C. de admin. tut. l. 4. C. de præd. min. Dam-
 boud. de subhast. c. 2. num. 1. & 12. vel adsit voluntas ejus, ex
 cujus bonis res ad eum pervenit, qui in tutela vel cura est. l. ult. ff.
 de reb. eorum, qui sub. tut. l. 3. C. Quando decr. op. non est. vel e-
 tiam finitâ curâ accedat rati habitio. l. 2. C. si maj. fact. rat. hab.
 l. 2. & seqq. C. Si maj. fact. alien. Perez. in Cod. de præd. min.
 num. 4. & tit. seq. num. 2. Dn. Habn. ad Wes. de reb. cor. qui sub.
 tut. num. 3. & 5. 5. Feudum. 2. f. 9. in pr. & 40. nisi accedat Do-
 mini consensus. 2. f. 34. §. 2. 55. pr. c. 7. de Constitut. Rittersh.
 in part. feud. l. 2. c. 3. num. 22. Tholos. Syntag. jur. univ. l. 6. c.
 17. num.

17. num. 7. vel agnatorum si sit Paternum. 2. f. 29. pr. *Myns.* 4. obs. 55. vel feudum sit improprium. 2. f. 48. sicuti vero vasallus non potest utile Dominium citra consensum Domini in alium transferre, ita nec Dominus directum citra voluntatem vasalli. 1. f. 22. 2. f. 34. §. 155. §. 2. *Duar. comment in consuet feud. c. 13. num. 7.* quamvis in hoc non nihil differentiae intercedat, quod vasallus illicitè alienans feudo privetur. 2. f. 24. in f. 38. 42. 44. 52. 55. quod secus est in Domino, ob diversitatem rationum, quas allegat *Dn. Struve in syntag. Jur. F. exerc. 13. §. 9.* Huc pertinet quaestio: *An Princeps suam ditionem commutare queat cum alia?* Quae communiter negativè deciditur. arg. c. 33. de jurejur. *Vasqu. controuv. ill. l. 1. c. 4. & 5. Geil. de P.P. l. 2. c. 15. num. 13. Hottom. ill. quest. 1. Bach. ad. Tr. V. 1. D. 2. §. 3. l. E. Manl. tr. de permut. tit. 5. num. 9. Perez. in Cod. l. 11. tit. 48. num. 5.* non nullas tamen admittit limitationes, quas recenset, *Heig. p. 1. q. 19. n. 7. & seq. Bach. d. l. Grot. de j. b. & p. l. 2. c. 6. num. 3. & l. 3. c. 20. num. 5, 6. Emphyteusis. l. 3. pr. C. de jur. Emphyt. Jas. ad l. ult. ff. de condict. caus. dat. num. 4. Sich. ad. d. l. 3. num. 20. Tr. V. 1. D. 29. §. 13. l. e. Zes. in comm. ad Dig. l. 19. tit. 2. num. 103.* Quod si tamen cum consensu Domini permutetur, praestandum est quoque laudemium. arg. l. ult. C. de jur. emphyt. *Guid. Pap. decis. Gratian. q. 92. Pingutz. Quest. Sax. 42. num. 16. Dn. Frantz. tr. de laud. Coler. p. 1. Decis. 33. num. 13. & seqq.* nisi aliud receptum sit, secundum specialem loci usum. *Dn. Carpz. J. F. p. 2. C. 39. def. 15. num. 8.* Diversum quoad alienationem obtinet in re libellaria. *Rittersb. in expos Nov. p. 1. c. 5. n. 53. & in superficie arg. l. 19. §. 4. ff. Locati. l. 1. §. 7. ff. de superficieb. Bart. ad d. l. 1. Myns. ad §. 3. Inst. de Locat. n. 12. Meier. in Coll. Arg. l. 43. tit. 18. n. 2. 7. Res precaria. arg. l. 14. §. 5. C. de S. S. Eccles. N. 7. c. 4. N. 120. c. 2. & 9.* Dicitur autem res precaria ea, quae utenda ab Ecclesia aut sacro loco cuidam conceditur vel ad certum tempus vel ad vitam sub hac conditione, ut is aliam rem aequivalentem Ecclesiae pleno jure concedat, & finito tempore rem acceptam Ecclesiae derelinquat. *dd. ll. c. precaria. 10. q. 2. c. 3. de precariis. V. l.*

ns.

5
Iens. in par. Jur. Can. l. 3. tit. 14. num. 8. Dn. Servus. in Syntag. Jur.
Fend. exerc. 2. §. 10. num. 3. 8. Res usufructuaria, à fructuario
sc. arg. l. 1. §. 3. ff. usu fr. quemadm. cov. l. 9. C. de Usufr.
Bronch. evans c. 1. ast. 91. hinc Parer filiorum bona, quorum
habet usum fructum permutare nequit. l. 2. C. de bonis mat. l. 3
§. 2. C. de bon. qua lib. Myns, 6. Obs. 61. Hartm. Harm. tit. 37. obs.
4. num. 4. Potest tamen Usufructuarius jus sibi constitutum alie-
nare & consequenter permutare. §. 1. Inst. de Usu & hab. l. 12.
§. 2. ff. de Usufr. intelligo autem jus reale sive commodita-
tem utendi fruendi. Dn. Ulngeb. Exerc. Inst. 6. q. 9. Dn. Habn.
ad Wes. Quib. mod. Usufr. am. num. 5. Jus enim personale
extraneo concedere prohibetur, adeo, ut id tentans eo ipso
amittat usum fructum. l. 66 ff. de J. Dot. & ibi gloss. Tr. V. 1.
D. 16. §. 14. l. e. & ibi Bach. §. 10. l. b. 9. Pignus, à creditore sc.
arg. l. 13. 39. ff. de l. 39. §. 1. ff. de R. V. pign. act. §. 1. Inst. Quib.
al. licet. l. 4. §. 5. C. de Distr. pign. t. t. C. de j. Dom. impetr. Dam-
boudet de subhast. c. 3. num. 39. bene tamen debitore.
arg. l. 9. ff. de distr. pign. l. 9. C. de pign. act. 1. un. C. Rem. al. ge-
rent. Paul. Christin. vol. 3. decis. 55. salvo tamen jure creditoris.
l. 14. C. de O. & A. l. 15. 24. C. de pign. l. 12. C. de Distr. pign. nisi
is in alienationem pignoris consenserit. l. 4 §. 1. l. 8. §. 6. ff. Quib.
mod. pign. solv. l. 2. 11. C. de Remiss. pign. Zes. in comm. ad Dig.
l. 20. tit. 6. num. 11. Dn. Carpz. Jur. For. p. 2. c. 23. def. 28. 10.
Res communis, invito socio. l. 16. ff. de reb. cred. l. 68 ff. pro socio.
l. 1. 2. C. de comm. rer. alien. Rot. Gen. Decision. 14. num. 69. se-
cus se res habet in filio rem communem habente cum privato.
d. l. 2. C. de comm. rer. al. & ibi Don. num. 12. l. un. C. de vendit
rer. fisc. lib. 10. Perez. in Cod. d. t. num. 1. & seqq. 11. Res spiritu-
alis. non solum cum temporali. c. fin. de rer. perm. Grad. Pap.
decis. Grat. q. 74. Tr. V. 1. D. 30. §. 4. l. D. ibiq. Bach. & in not
ad Decis. Job. Pap. l. 1. tit. 14. sed etiam cum spirituali. c. aliena-
nationes, 12. q. 2. c. 8. de prebend. nisi accedat autoritas superi-
C oris

oris. c. 5. 7. 8. de rer. permut. Bald. ad l. 1. C. h. t. num. 16. Tholoj.
Syntagm. jur. univ. l. 17. c. 17. num. 34. Duaren. de sacr. Eccl. mi-
nist. ac benef. l. 8. c. 3. Dn. Fink. in tr. de Jur. Patr. c. 5. num. 7.
Vallens. in parat. J. Can. h. t. num. 3. & seqq. In hac tamen per-
mutatione non locum habere auxilium l. 2. C. de Resc. Vendit
bene tamen Restitut. in integrum notat Covarruv. l. 1. Var. re-
sol. cap. 5. num. 3. & 9. 12. Res hereditaria pendente tempore
deliberandi. arg. l. 26. ff. de contrah. emt. l. 5. §. 1. l. 7. §. 1. & ff.
de jur. delib. Wes. in par. d. t. num. 4. Meier in Coll. Arg. l. 28. tit.
8. num. 5. Et hæc de iis quæ à lege commercio & permutati-
one exuuntur.

Exθ. II. Ab homine res extra commercium constituitur, &
ea alienari prohibeatur, quod fit potissimum testamento, arg.
l. ult. C. de reb. al. non alien. & vel expressè vel tacite.

Exθ. 12. Expressè, quando disertis verbis rem testamen-
to relictam testator in alicujus gratiam alienari vetat. l. 114. §.
14. & 15. ff. de leg. 1. l. 69. §. 3. l. 77. §. 27. de leg. 2. l. 38. §. 4. l. 93.
pr. ff. de leg. 3. l. 2. C. de Usucap. pro emt. N. 159. Bart. ad l. 11. C.
de fideicommiss. Geil. 2. Obs. 16. num. 7. Ant. Fab. l. 14. conj. c. 6.
Card. Tusch. tom. 6. præct. concl. jur. l. P. concl. 896. & 902.
Bronch. Evævt c. 3. aff. 61. Quousq; autem sese extendat illa
prohibitio docet Rittersb. in expos. Nov. p. 6. c. 12.

Exθ. 13. Tacitè si testator hereditatem vel rem singularem
jubet restituere. l. 15. ff. de reb. dub. l. 3. §. 3. l. 70. §. 1. ff. ad Sc.
Treb. l. si. 2. §. 2. & Auth. seq. C. Commun. de leg. N. 39. pr. N. 108.
c. 1. Bald. ad Auth. Res, quæ C. Commun. de leg. num. 22. Geil. 2.
Obs. 137. num. 1. nisi sub conditione vel incertâ die id factum est.
d. l. f. C. Comm. de leg. arg. l. 29. §. 1. ff. Qui & à quib. man. Sich.
ad d. l. f. n. 3. impletâ autem conditione permutatio pro non
facta habeat: ut. d. l. fin. vers. fin. autem. Gvid. Pap. decis. grat. q. 611.
vel

52
vel reses ubjacentes fidei commissio cum aliis utilioribus com-
muten ur. arg. l. 70. §. 5. ff. de leg. 2. Et ibi Bart. vel fiat cum
consensu fideicommissarii. l. 120. §. 5. ff. de leg. 1. l. 1. C. de fidei-
commiss. N. 159. c. 3. Don. ad d. l. 11. num. 3. vel alienatio fiat ex
justa ignorantia. arg. l. ult. §. ult. ff. de leg. 2. Alias limi-
tat. addit Peregrinus in tr. de fideicommiss. art. 40.

Exθ. 14. Quamquam autem prohibitio facta in testa-
mento impediatur Domini translationem. l. ult. C. de reb. al.
non al. ejusmodi tamen efficaciam minimè habet pactum de
non alienando. l. 61. ff. de pact. & hinc non parit actionem
realem, sed personalem ad interesse. l. 135. §. 3. ff. de V. O. l.
3. C. de condict. ob caus. dat. Et ibi gloss. Bald. ad d. l. 3. num. 6.
Et seqq. Sich. ad d. l. 3. num. 5. Don. eod. num. 1. Et seq. Bach.
in tr. de act. D. 4 θ. 19. Et in exerc. ad part. post. chitiad. Ant. Fab.
Decad. 87. err. 5. Et seqq. Schultz. p. 1. decis. 15. num. 51. Paul.
Christ. vol. 3. decis. 9. num. 7. Et decis. 10. num. 6. Zæf. in comm.
ff. l. 18. tit. 1. num. 13. Perez in. Cod. l. 4. tit. 51. num. ult. Ab
hac communi sententia frustra recedit. Anton. Fab. d. decad.
87. err. 5. & in Codice lib. 4. tit. 36. def. 3. Et 8. ubi asserit ex
pacto retrovenditionis dari actionem mixtam sive personalem
in rem scriptam: cum tamen id Pactum rem planè non affici-
at. Geil. 2. Obs. 16. num. 4. Myns. 6. Obs. 69. Fachin. lib. 2. contr.
c. 15. Tr. V. 1. D. 28. θ. 10. l. c. Sicuti ergo pactum de retroven-
dendo sive retractus conventionalis non impedit permutati-
onem, ita nec retractus Legalis vel Consuetudinarius in ea ad-
mittitur Constit. Fried. de jure προτιμήσεως. Gvid. Pap. decis.
92. inf. Et decis. 508. num. 1. Ruyg. Rul. de commiss. p. 3. l. 4. c. 14.
num. 17. ReinKing. tr. de retract. q. 4. num. 79. Dn. Carpz.
Jur. For. p. 2. C. 49. def. 5. Quod quidem indubium de permuta-
tione, quæ supr. θ. 3. dicta fuit pura, ubi simpliciter res pro
re datur, an autem idem statuendum de ea, quæ non solum res,
sed quoque pretium intervenerit, tradit Tiraquell. de retr. lig-
nag.

mag. §. 30. gl. 1. num. 3. & Christinaeus tit. 11. art. 20. num. 4.
5. & seqq. Et hæc sufficiant tum de personis, quæ permutati-
onem celebrare nequeunt, tum de rebus, in quibus permutatio
est illicita. Unde facile intelligi potest quænam personæ ritè
permutent, & de qua re, nimirum, quæ non prohibentur,
arg. l. 43. §. 1. ff. de Procur. c. 23. de sponsal. gloss. inc. 6. de
Rer. Permut. Est enim & hæc materia prohibitoria, si vera est
sententia glosse in c. 1. de Procur. in 6.

V.

THESIS.

Forma Permutationis
est vel Substantialis, vel Ac-
cidentalis.

Exθ. I. Forma substantialis est, quæ dat esse Permutati-
oni, & sine hac ea nequit subsistere: & est rei permutandæ tra-
ditio. l. 1. §. 2. ff. h. t. l. 3. 4. 5. C. eod. Sicb. ad. d. l. 3. num. 1.
Zes. in comm. l. 19. tit. 4. num. 3. & 8. supr. θ. 2. Exθ. 7.

Exθ. Forma accidentalis est, quæ ultra essentiam per-
mutationis accedit extrinsecè. Dn. Richt. tr. de contract. D.
2. θ. 10. Ut sunt scriptura. l. 17. C. de fide Instrum. dies,
conditio, pactum. l. 6. C. h. t. vid. supr. θ. 3. Exθ. 4.

VI.

THESIS.

Finis Permutationis est
humana

humanæ indigentia suble- vatio.

Exθ. Arg. §. 2. Inst. de J. N. G. & C. Cum enim nemo sibi omnia præstare possit, quæ sunt ad vitam commodè sustinendam necessaria, propter inopiam unusquisq; recipit rem sibi proficuum ab alio ut vicissim reddat, quæ alteri est accommoda. l. 1. pr. ff. de contr. emt. Arist. 5. Eth. 5. & 1. Pol. 6. Job. Nider. de contract. mercat. c. 4. num. 5. 8. Connan. l. 7. comm. jur. civ. c. 5. num. 1. Coler. de process. execut. p. 1. c. 10. num. 70. Harpr. ad §. 3. Inst. de Loc. & cond. num. 336. Maultr. de Perm. tit. 7. num. 1.

VII. THESIS.

Effectus Permutationis est varius.

Exθ. 1. Prout enim Permutatio est alienatio transfertur ex ea Dominium. l. 1 §. 2. ff. b. t. l. 20. pr. ff. de A. R. D. l. 20. C. de Pact. l. 1. C. de fundo Dot. junct. N. 7. c. 1. Wes. p. 4. Conf. 186. num. 14. Dn. Hahn. ad Wes. b. t. num. 9. vel usucapiendi conditio arg. l. 7. §. 5. ff. de Public. in rem act. l. 4. §. 17. ff. de Usucap. Bald. ad L. 1. C. b. t. num. 14. Tholos. in synt. jur. univ. l. 25. c. 12. num. 4. Myns. ad §. 28. Inst. de act. num. 198. Tr. H. 1. D. 30. θ. 3. l. d. Cum verò singularis titulus de Permut. non
C 3 habe.

habeatur, hinc sub tit: Pro emptore comprehenditur. *arg. l. 3. ff. b. t. Meier. in Coll. Arg. lib. 41. tit. 4. num. 11.*

Exθ. 2. Prout Permutatio verò est contractus, ex ea oritur obligatio Civilis, & hinc actio Præscriptis verbis. *l. 7. §. 3. ff. de Pact. l. 2. §. 3. ff. de Præscript. verb. l. 4. C. b. t. §. 28. Inst. de act.* alias dicta civilis actio in factum. *l. 1. §. 1. ff. b. t. l. 1. §. 1. §. 2. ff. de Præscr. verb. Utilis. l. 6. C. de Transact. Incerta. l. 6. C. b. t. incerti. l. 7. §. 2. ff. de pact. Don. in com. ad tit. de Præscr. verb. c. 23. Vultej. J. R. l. 2. c. 12. Boc. class. 2. Disp. 13. num. 29. quæ est bonæ fidei. d. §. 28. Inst. de act. l. 2. C. b. t. Sich. ad d. l. 2. Quâ agitnr, ut vel res ipsa, de qua convenit detur. *l. 4. §. 5. C. b. t. vel intereste præstetur. l. 5. §. 1. ff. de Præscript. verb.* Quod accidit, si accipiens rem promissam nequeat, aut nolit dare. *l. 6. C. b. t. ad id enim præcise cogi non potest. gloss. in l. 4. C. b. t. Bart. in l. 5. §. 1. ff. de Præscr. verb. num. 4. §. l. 72. ff. de V. O. num. 14. Jason add. l. 5. num. 6. vel si res data sit evicta. l. 1. §. 1. ff. b. t. l. 1. C. eod. l. 29. C. de Evict. l. 3. C. de quadrien. Præscr. Bald. ad d. l. 29. C. de Evict. num. 1. Ant. Fab. l. 6. conj. c. 9. Berlich. p. 1. concl. 24. num. 49. Dn. Carpz. P. 1. C. 3. def. 25. Zæf. in comm. b. t. num. 9. Atq; hinc apparet quod etiam res aliena possit venire in permutationem. gloss. in l. 1. C. b. t. non obstante §. 3. l. 1. ff. b. t. Conn. l. 7. c. 5. num. 7. Dn. Frantz. tr. de Evict. num. 348 & seqq.**

Exθ. 3. Præterea notandum, quod hæc actio Præscriptis verbis nonnunquam sit qualificata sive assumat aliud nomen; id quod contingit vel ex *personarum contrahentium*, vel ex *rei permutatae conditione*. Hoc, sic res tale habet vitium, quod non impedit quidem omnem rei usum, ac præcognitum non avertisset contrahentem ab ejus permutatione: non tamen pro ea data fuisset res tanto pretio constans: Et tunc dicitur *Æstimatoria*, it: *Quanti minoris, vel Quanto minoris. l. 18. pr. l. 19.*

l. 19. §. 5. l. 31. §. 5. l. 43. §. 6. l. 61. ff. de Edil. edict. Illud si fi-
liusfam. vel servus contractum permutationis iniit. Et tunc
vocatur vel Exercitoria, vel Institoria vel etiam aliter, t. t. Inst.
Quod cum eo, qui in al. pot. l. 1. ff. eod. Bach. tract. de act. D. 8.
θ. 14. Et haectenus de Permutationis constitutione, nunc de e-
jus dissolutione videndum.

VIII. T H E S I S.

Permutatio vel ab initio
nulla est, vel ex post facto
annullatur.

Exθ. 1. *Ab initio seu ipso jure nulla est permutatio si con-
sensus substantiale omnium conventionum deficiat, quod qui-
bus modis contingat dictum est θ. 4. Exθ. 2.*

Exθ. 2. *Ex post facto annullatur ac rescinditur Permuta-
tio vel ipso jure vel facto hominis intercedente. Ipso jure i. e. con-
stitutione juris nullo facto contrahentium intercedente: si res
sit permutata pacto additionis in diem, ut si intra aliquod
tempus melior conditio offeratur res sit non permutata. arg. l.
1. ff. de Addict. in diem. l. 41. ff. R. V. junct. l. 2. ff. b. t. vel lege
commissoria, ut si res intra certum diem non tradatur, ea sit
inpermutata. arg. l. 25. l. ult. ff. de leg. Commiss. l. 1. §. 4. C. de
Pact. inter. emt. §. ibi gloss. Zes. comm. Dig. l. 18. tit. 3. num. 13. §
tit. seq. num. 5. Peretz. in Cod. l. 4. tit. 54. num. 8.*

Exθ.

Exθ. 3. *Pactio Contrahentium* interveniente, dissolvitur Permutatio vel *utriusq; partis consensu*, vel *alterâ parte invita*. Illud, si utramq; permutationis factæ pœniteat, fiatq; reciproca rerum redditio. *arg. l. 58. ff. de Pact. l. 80 ff. de Solut. l. 35. 100. 153. ff. de R. J. c. 1. eod. Dn. Richt. tr. de contr. D. 14. θ. 9.*

Exθ. 4. *Alterâ parte invita* annullatur Permutatio vel *per media Civilia*, vel *Prætoria*. Illorum sunt 1. *Actio Præscriptis verbis*, si pactum de retropermutando intervenerit. *arg. l. 12. ff. de Præscr. verb. junct. l. 7. §. 5. ff. de Pact. l. 13. C. eod. vel expresse. arg. l. 2. C. de Pact. inter emt. & vend. vel tacitè*, si permutatio facta sit ad tempus. Taliter enim contractus celebrari posse non habet dubium. *l. ult. C. de Legat. l. 44. §. 1. ff. de O. & A. & ibi Giph. num. 5.*

Exθ. 2. *Condictio causâ datâ causa non secuta*, quæ non oritur ex ipso contractu permutationis. *arg. l. 5. §. 1. ff. de Præscript. verb. & ibi Bart num. 2.* Sed præter directam contrahentium intentionem, & ex quasi contractu. *Boc. class. 13. Dissp. 20. θ. 2. lit. g. Bach. ad Tr. V. 1. D. 22. θ. 1. l. f. Dn. Habn. ad Wes. de condict. caus dat. num. 2. & de Præscr. verb. num. 2.* Locum autem habet hæc actio ob duas causas. Una est ex parte dantis nimirum pœnitentia. *l. 3. §. 2. l. 5. pr. & §. 2. ff. de Condict. caus. dat. Bald. in rub. C. b. t. Don. 14. comm. 22 l. a. ibique Hilliger. Duar. ad Tit. de condict. ob caus. dat. c. 2. 3. 4. Vult. ad §. 16. Inst. de act. num. 30. Dn. Frantz. in comm. Dig. de Præscr. verb. num. 9.* Hoc jus autem pœnitendi non habet tantum ipse dans, sed et ejus hæres. *arg. l. 37. ff. de Acquir. hered. l. 59. de R. J. Dn. Carpz. p. 3. Decis. 92.* Locus autem pœnitentiæ non est, si dans juravit vel simpliciter se contractum servaturum, vel in specie se non repetiturum. *arg. l. 41. C. de transact. Auth. sacramenta. C. si advers. vendit. c. 6. de pact. in 6. Jason in l. 5. ff. de condict. caus. dat. num. 3. Tr. V. 1. D. 22. θ. 2. lit. 6.* Altera ex parte accipientis:
Ces.

Cessatio vel non satisfactio ejus, de quo convenit. *d. l. 3. §. 2. ff. de cond. caus. dat. l. 7. ff. de Præscript. verb.* si accipiens non possit adimplere, ut pote si res perierit. *l. ult. ff. de con. caus. dat. Et ibi Gloss. Ant. Fab. in Cod. h. t. def. 8. Conn. 7. comment. c. 15. num. 3. Bach. ad Tr. V. 1. D. 22. §. 2. lit. a. Et d. vel evicta fuerit, l. 1. C. b. t. Christinaus vol. 3. decis. 107. num. 6. Zæf. in comm. ff. b. t. num. 9. aut nolit adimplere. l. 4. Et 5. C. b. t. Wes. p. 4. Conf. 84 num. 22. Meier. Coll. Arg. l. 12. tit. 4. num. 5. Peretz. in Cod. h. t. num. 2.*

Ex^o. 6. 3. Beneficium L. 2. C. de Rescind. vend. quo deceptus supra dimidium petit permutationem rescindi, ac rem datam sibi restitui. *d. l. 2. C. de resc. vend. Fachin. l. 2. contr. jur. c. 22. Tr. V. 2. D. 2. §. 11. l. b. Harpr. ad §. ult. Inst. de emt. vend. num. 94. Card. Tusch. tom. 6. Pract. conclus. jur. l. P. concl. 303. num. 6.* Quæ autem actio ad contractum prædicto modo rescindendum competat, an condictio ex lege, an actio ex contractu? maximè est controversum inter Dd. & hinc certi aliquid statuere vix licet: in posterius tamen proclivior sum cum Gloss. ad d. l. 2. quam sequitur Bart. ad d. l. 2. num. 2. Et Bach. ad Tr. V. 2. D. 2. §. 9. l. c. Add. Don. ad d. l. 2. num. 58.

Ex^o. 7. Media Prætorica duo sunt: Alterum actio redhibitoria. Bald. ad L. 3. C. de Ædil. act. num. 2. quæ Permutatio resolvitur re utrinq; redditâ. *l. 1. §. 1. l. 19. §. 5. l. 21. pr. l. 60. ff. de Ædilit. edict. vel ex conventionem expressâ de redhibendo. l. 31. §. 22. ff. d. t. l. 4. C. cod. vel ex reticentia vitii, quo usus rei impeditur vel deterior redditur. l. 1. §. 1. 7. Et 8. l. 4. 8. Et passim ff. de Edil. edict. l. 2. ff. b. t. vel ex non impletione dicti aut promissi. d. l. 1. §. 1. l. 19. pr. l. 38. §. 50. ff. d. t. vel ex denegatione cautionis. l. 28. ff. d. t. Tholos. synt. jur. univ. l. 25. c. 12. num. 5. Wes. in parat. cod. num. 9. Et ibi Dn. Hahn. num. 2. 3.*

Ex^o. 8. Alterum Restitutio in integrum: quæ vel communis,
D vel

vel singularis. Illa competit tam majoribus, quam minoribus, & datur propter metum quo quis inductus est ad permutati-
onem incundam l. 3. l. 21. §. 1. ff. Quod met. caus. l. 3. l. 7. C. eod.
s. 2. eod. Bald. ad. L. 3. C. de his qua vi metusve caus. num. 10. Ra-
tionem, cur metus, cui tamen dolus maxime inest. l. 14. §. 13 ff.
d. t. non faciat contractum bonæ fidei ipso jure nullum, tradit
Bach in tr. de act. Diss. 6. §. 17. Zæs. in comm. Dig. l. 4. tit. 2. num.
9. §. tit. seq. num. 6.

Exθ. 9. Restitutio singularis minoribus tantum, & qui mi-
norum jure uti solent, (uti sunt, prodigus furiosus arg. l. 11. ff.
De reb. eor. qui sub tut. l. 3. C. de rest. min. Tr. V. 1. D. 11. §. 8. lit. h.
Respublica. l. 4. C. Quibus ex causis major. l. 3. C. de jur. Reipub.
lib. 11. l. 9. ff. de Appellat. Ecclesia c. 1. §. 3. de Restitut. in integr.
gloss. ad d. l. 4. C. Quibus ex caus. maj. Bart. eod. num. 2. Sichard.
eod. Everhard Locor. legal. 73. 74. Don. 5. comm. 3. §. ibi Hillig.
innot. lit. e Vallens. in parat. Jur. Can. l. 1. tit. 41. §. 1. num. 6. §
seqq.) est propria, & datur ob læsionem ex contractu permuta-
tionis obvenientem. l. 1. §. 1. l. 7. pr. l. 11. §. 4. l. 44 l. 49. ff. de mi-
noribus. l. 62. §. ibi gloss. ff. de jur. Dot. l. 3. 4. 5. 6. C. De in integr.
rest. min. l. 4. §. 11. C. de prad. min. c. 8. de restit. in integr. Duar. ad
rit. 18. lib. 2. C. si advers. Vendit. Mauris. tract. de Restit. in integr.
c. 213. num. 4. Meier. in Coll. Argent. l. 4. tit. 4. num. 9.

Exθ. 10. Sicuti autem Permutatio rescinditur per Restitu-
tionem Justitiæ, ita etiam per Restitutionem Gratia, si bona à
Fisco sint permutata. arg. l. 1. 2. §. ult. §. 4. C. de sentent. pass.
§. restit. l. 2. ff. eod. Bald. ad d. l. 1. num. 1. §. l. ult. num. 6. C. de sent.
pass. Geil. de P. P. l. 2. c. 19. num. 24. Myrs. ad §. 1. Inst. Quib. mod.
roll. patr. pot. Fach. l. 9. contr. c. 18. Peretz in Cod. d. t. n. 5. Et hæc
materia Permutationis dicta hac vice sufficiant: Omnia enim
persequi penè infinitum foret. Faxit Deus, ut veritas ubiq; e-
mergat, victoriaq; suâ dignâ potiatur!

Corol-

Corollaria.

Jus accrescendi non transit ad emtorem hereditatis.

Perfecta emtione non licet resilire ne quidem cum arrarum amissione.

Emphyteusis est contractus Juris Gentium.

Mandatarius non tenetur de culpa levis-
sima.

Hereditatis petitio non datur contra b. f. Possessorem.

B. f. Possessor omnes omnino fructus ac-
quirit.

Filius fidei commisso gravatus non solum detrahere potest legitimam, sed quoq; Fal-
cidiam.

Legitimati non succedunt in feudis.

Filcus etiam in poenis aliis praefertur.

Fidejussor in durio-rem causam abhibitus omnino non obligatur, ne quidem in sum-
mam debitam,

Finis Cum Deo.

Corollaria

que accedenti non valet ad emorem
habetur
Perfecta emione non valet ad emorem
den cum certum ratione
Laphyrenis est copulatio peris
tunc
Mandatum non tenet de culpa
tunc
Mandatum peris non valet ad emorem
Posteriorum
B. E. Posterior omnes omnino iuris
per
Pluribus committitur peris
etiam potest legitime sed per
ordini
Legitimi non succedunt in iudicio
Piscium in peris
Fideliter non valet ad emorem
omnino non obligat non peris
in iudicio

Finis Corollario